Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



48

tamquam in longinquo posita. hunc uero uisitat quem praesens inluminat uultu suo,
longe enim a peccatoribus salus. Et signatum est in nobis lumen uultus tui domine. sicut in
psalmo homines iumentis adsociatos non praesentem interiorem inluminationem
sed pmultiplicationem misericordiae dei quae eius bonitas usque ad finem intendetur
saluos fieri dicit cum ipsis iumentis quoniam carnalium hominum salus carnalis est tamquam
pecorum. filios autem hominum seiungens a bouis quos homines pecudibus iunxit longe
sublimiore modo ipsius ueritatis inluminatione. et quadam uitalis fontis inundatione
beatos fieri praedicat; sic enim dicit homines et iumenta saluos facies domine. sicut multi
plicata est misericordia tua deus. filii autem hominum in protectione alarum tuarum
sperabunt. inebriabuntur ab ubertate domus tuae. et torrente deliciarum tuarum
potabis illos. Quoniam apud te est fons uitae et in lumine tuo uidebimus lumen. praeten
de misericordiam tuam scientibus te; memor est igitur hominis pmultiplicationem
misericordiae sicut iumentorum quia multiplicata misericordia et iam ad longe
positas pueniat. Uisitat uero filium hominis cui sub protectione alarum suarum posito
praetendit misericordiam. et in lumine suo lumen praebet. et eum deliciis suis potat
et inebriat ubertate domus suae ad obliuiscendas haerumnas et errores praeteri
conuersationis; hunc filium hominis id est hominem nouum paenitentia uteris
parturit cum dolore et gemitu iste quamuis nouus tamen adhuc carnalis dicitur
cum lactenutritur; Non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus: in
quit apostolus; et ut ostenderet iam regeneratos tamquam parauulis ait in po lac
uobis potum dedi non cibum. iste cum relabitur. quod saepe accidit. ad uetere mutam
cum exhortatione audit quod homo sit. Nonne homines estis inquit et secundum
hominem ambulatis. filius igitur hominis primo uisitatus est in ipso homine dominico
nato ex uirgine maria adequo ppter ipsam infirmitatem carnis. quam sapientiae di
gestare dignata est et passionis humilitatem retetedicitur. Minuisti eum paulo
minus ab angelis. sed addetur. illa clarificatio quare surgens ascendisti in caelum.
gloriam inquit et honore coronasti eum et constituisti eum super omnia opera manuum tuarum.
quando quidem et angeli opera sunt manuum dei. et iam sup angelos constituti accipimus
unigenitum filium. quem minuti paulo minus ab angelis sp humilitatem carnalis gene
rationis atque passionis audimus et credimus. Omnia inquit subiecisti sub pedibus eius.
nihil excipit. cum dicit omnia. et aliter licet et intellegi sicut ipse dixerit diuinitus et cum dicit
excepto eo qui subiecit omnia et hoc ipso huius psalmi testimonio utitur ad hebreos
cum tamen omnia intellegi et subiecta dominio huic ipso. ut nihil exceptum sit. sec
tamen quasi aliquid magnum uidetur adiungere cum dicit. Oues et boues uniuersas.
insup et pecora campi. Uolucres caeli et pisces maris qui ambulant semitas
maris.